

TRIBUNAL  
CONFESSARIORUM,  
ET ORDINANDORUM  
DECLINATO PROBABILISMO.

COMPLECTENS

STYLO BREVI, CLARA, AC FIRMA SENTENTIA, OMNES  
vfitiores materias Theologico-Morales, iuxta probabiliora, ac  
inconcussa Dogmata Angelici, ac Quinti Ecclesie Doctoris,  
D. THOMÆ AQUINATIS Ord. Præd. eiusque  
Invictissimæ Scholæ.

S E R V I E N S

OMNIBVS THEOLOGIS MORALIBVS, POTISSIMUM IIS, QUI SIVE PRO  
Animatum Cura, aut ordinum susceptione, sive pro imponenda Theologie Moralise  
Studio, Coronide, vel defendendis Thesibus Moralibus, methodo Thomistica  
arguere, examinare, aut responsa dare cupiunt. Iphis etiam  
penitentibus, cuiuscunque sint conditionis, perutile,  
ac necessarium.

OPERA, AC STUDIO

P. Fr. MARTINI VVIGANDT, ORD. PRÆD. SACRÆ  
Theologie Magistri, eiusdemque in Celeberrima, & Antiquissima  
Vniuersitate Viennensi Doctoris, ac quondam Studij  
Generalis in Conventu Primi Moderatoris,  
seu Regentis.

CONTINENS

Sexdecim Tractatus, & octuaginta sex Examina.

C U I

R. P. LECTORE F. FRANCISCVS VIDAL, REGALIS CONVENTVS PRÆDICATORVM  
Valentis sicut, (solum Authoris sequens, & ipsissimam Doctrinam Sectans) addidit  
duas Theses, in decem Examina distributas, Propositionum Damnatarum  
vnius, & Bullæ Cruciatæ aliæ.

QVINTA EDITIO, CATERIS CLARIOR, ET CORRECTIOR.



ILLVSTRISSIMO , AC REVERENDISSIMO  
 DOMINO DOMINO DOCTORI  
**FRANCISCO VALERO**  
 ET LOSA,  
 ARCHIEPISCOPO TOLETANO,  
 Hispaniæ Primati, Castellæ Maiori Can-  
 cellario , à Consilio suæ Ma-  
 iestatis , &c.



ILLVSTRISSIME DOMINE. Auêthor, *Se, & Ver-  
 ba Sua*, Sancto Sanctorum, Sacerdoti in æter-  
 num, Verbo Incarnato, dicit, & consecrat, &  
 de *Opere* (omni laude maiori) *Silet*, vt quando,  
 iteratis supplicationibus, onus de novo vul-  
 gandi accepi, me, Illud, Religionem meam, & omnia, Sacerdoti  
 Hispaniarum Summo, Patrumque Hesperiaæ Patri, dicarem, &  
 consecratem. Sed quia Dominatio Vestra, non gloriatur in *Ge-  
 nealogijs*, sed in *Cruce*; non in *Honore*, sed in *Opere*; non in *Po-  
 testate*, sed in *Ægestate*, vt qui gloriatur, solum in Domino glo-  
 ric-



**CENSURA ADM. R. P. MAGISTRI Fr. EMANVELIS**  
*Garzo, Prædicatoris Regij, Diffinitoris Capitali*  
*Provincialis, & Prioris Conventus Hospitij*  
*Matritensis.*

**H**ÆC P. Fr. Martini Vviggandt Ordinis Prædicatorum, in Sacra Theologia Magistri, & in Viennenti Vniuersitate Doctoris, myttica Legis, & Moralia probitatis opera, quæ denuò in lucem prodire, ad communem vtilitatem satagunt; studiosè vidi, & accuratè perlegi de mandato D. Nicolai de Peralta, Vicarij Matritensis, Prothonotarij Apostolici, & in Curia, sacelloquæ Regali, Iudicis meritissimi.

Et rectè Tribunal Confessariorum rescribitur, in quò non solum Iudex, vt probe iurisdictionem exerceat, eruditur; sed & reus quomodo ad illud accedere debeat, illustratur, in hoc ergò Tribunali, & gravitas rerum, quæ doctissimos quosquæ erudire possit, inest; & facilitas, simplicitasquæ methodi, quæ imperitos, & rudes ad omne opus bonum informet, adest. Hic enim, non probabilitas sententiarum inquiritur, sed veritas declaratur, dum Probabilissimus excluditur; nam sæpè in novitate doctrinæ, licet anguis malitiæ, quæ letuale venenum propinatur animæ. Attendite, ait veritatis Regula: *A falsis Profanis, qui veniunt ad vos in vestimentis Ovium intrinsecus autem sunt Lupi rapaces!* O quoties vestita lenitatis Ovis apparet probabilis Sententiæ, quæ Catholicis dilaniat mores rabie Lupina! Sic Hilarius: *In multis vestira Ovium, rabies Lupina contegitur.*

Hoc periculo liberatis, si in lumine huius Tribunalis incedis, hic tibi via planâ demonstratur, quæ nisi ad dexteram, vel sinistram declines, ad Cœlestem Patriam pervenies; hæc Lucerna pedibus tuis ponitur, ne in huius peregrinationis tramite offendas vnuquam ad Lapidem erroris pedem tuum; & vt omnia dicam: Hæc est lucida Viennensis Stella, in cœlo Dominicano micans, & de Sole Aquinate radios, veritatis decerpens, quæ vt olim altera Magos usquæ in Bethlem ad adorandum puerum IESVM, duxit; sine dubio te ad cœlestem Hierusalem, ubi facies, ad faciem Deum sicuti est, videas, perducet: Sic sentio, vt censeo, (salvo meliori) in hoc Hospitio Matritensi die 18. Iunii anni 1717.

*Fr. Emanuel Garzo.*

**LICENCIA DEL ORDINARIO.**

**N**OS el Licenciado Don Nicolás Alvarez de Peralta, Prothonotario Apostolico, Juez Incuria del Tribunal de la Nunciatura de estos Reynos, y Vicario de esta Villa de Madrid, y su Partido, por el Ilustrissimo Señor Doctor Don Francisco Valero y Lora, (por la Gracia de Dios,) y de la Santa Sede Apostolica, Arçobispo de Toledo, Primado de las Españas, Chanciller Mayor de Castilla, del Consejo de su Magestad, &c. mi Señor: Por la presente, y por lo que à Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir, è imprima el Libro intitulado: *Tribunal Confessariorum, & Ordinandum*; compuesto por el Padre Maestro Fray Martín Vviggandt, del Orden de Predicadores; atento, de nuestra orden, y comisión ha sido visto, y reconocido, y no tiene cosa opuesta à nuestra Santa Fè Catholica, y buenas costumbres. Dada en Madrid, à veinte y ocho de Junio, año de mil setecientos y diez y siete.

*Licenc. Peralta.*

Por su mandado.  
*Lorenzo de San Miguel.*



# TRACTATUS I. ET PROOEMIALIS,

*De Requisitis in Confessario.*



**N**ULLA est disciplina, vel ars, etiam illiberalis, ac mechanica, cuius in Magistrum antequam quis creetur, non sit Candidato subeundum examen; vel opere ipso, si ve artefacto comprobandum, quod eos in arte fecerit progressus, ut Magistrorum Catalogo posuit merito accenti: *Nam sunt plerique (ait S. Gregor. in Prolog. Pastor.) qui dum meriti se nescent, qua non didicerunt, docere contempserunt; qui postquam Magisterii tantis laudibus affluunt, quanta vim magnitudinis illius ignorant. Et his vae! & vel maxime Vae illis, qui se, incertamque suam metiri nequeunt, tamquam animarum curae, muneri, angelicis etiam humeris formidando, se accingunt; sepe quod stupiores, sed ad id promptiores; quae sua temporalia interdum magis, quam spiritalia inhaerent. Hinc non mirum, quod animarum Cura applicandi prius citentur ad Tribunal, rigide examinantur, an Magisterio digni, inque aliorum Doctores, ac Indices sint creandi, necne. Pro quorum etuditione, sit.*

## EXAMEN UNICUM,

*De Examine, Potestate, Virtutibus, Scientia, Officio, & obligatione Confessarii.*

*De quibus S. D. pariter in Supplemento, 3. part. quest. 8. & 18. & 19. pariter in Opus. 64. & 65. de Officio Sacerdotis.*

¶ Num. 1.



**Q**UARO I. Ad Curam animarum aspirans, teneritne te prius subire examini, in quo teneris, ac iudicaris, an ad ardua, & trementidum hoc officium sis aptus, necne? *Responden.* Turtissimè, & probabilissimè verbis Concilij Trid. sess. 23. c. 13. *Quomodo Presbyteria sua in administratione pariter absolventis à peccatis accipiant, decernit tamen sancta Synodus, nullum, etiam Regularem, posse confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale Beneficium, aut ab Episcopo per examen, si ita illis videbitur, aut aliis iustis indicatur: & approbationem, qua gratis datur, obtineat: privilegij & cont.*

Tom. 1.

*fortitudinis quicumque, etiam in veterali, non desistat.*

Ex his Concilij Tridentini verbis ad Quæsitum respondeo sub distinctione. Si cui legitime est collatum beneficium curatum, seu habens anexam curam animarum, non indiget alio examine, approbatione, vel expositione: & sic sit in Parochis; eo ipso enim, quod Episcopus talem consecrit idoneum pro administratione Officij Parochialis (quod iudicium etiam solet fieri per examen) eum approbavit, & exposuit ad audiendas Parochianorum confessiones: nisi forte in ea Diocesi obtineret specialis Constitutio Synodalis, ut scribitur esse in Diocesi Constantiensi. Vetus Religiosus, etiam exemptus, non Parochus, speciali examini se subire tenetur.

¶ Sed quid, si Religiosus ad Curam animarum, siue ad confessionum audientiam aspirans, sit Superior, seu Prelatus alicuius Monasterij, vel Provinciae, si Licenciat, vel Doctor Theologiae, si Publicus Professor, nonne eo ipso est liber ab examine? Non est, si Parochiale beneficium careat, *Ratio.* Quia Concil. Trid. univèrsaliter definit, *nullum Sacerdotem, etiam Regularem, posse secularium, etiam Sacerdotum, confessiones audire, nisi, &c.* ut ante. Ubi autem Lex non distinguit, necque nos distinguere debemus, ut aiunt Iura. Et licet tali viro non desit scientia, forte tamen deest experientia, & prudentia ad hoc confessionum forum necessaria: cuius proinde examen Episcopo committitur.

A

Estor